

LIBER PRIMVS

bitur. (Cæterū partium unaquæq; ex alimento gignit nobilissima quoq; et potissimi principii particeps ex con-
 cocto sincerissimo primoq; alimento reliquæ necessariae & illarū gratia instituēdo ex deteriore & reliq; extremē
 risq;.) Hæc igit pro pmissorū p̄solutione dicta sint. Ex qbus oibus patet Aristotile nō in uno per se solo libro de
 alimento tradidisse, neq; unū ad hoc solū cōsecisse librū, de eo. n. & in libro de generatiōe & corruptione & i li-
 bro de aīa & i libro de aīaliū generatione plura scripsit. Tametsi iter hos oēs illi de alimēto pprii sunt sermōes
 q in libro de aīaliū generatiōe traditi sunt. Sed qcqd sit negociū de alimēto pluribus est cōe libris. & nō uni pro-
 priū. Et hoc sensit Aristoteles in secūdo de aīa libro cū dixit. (Certificādū aut postorius de ipso i propriis sermo-
 nibus.) In plurali. n. (sermonibus dixit & nō sermōe. q sermōes sunt q in libro de generatiōe & corruptione & li-
 bro de aīa facti sunt. & libro de aīaliū generatiōe magis proprie fiendi sunt. Ad hoc aut fidem est Iohānis philo-
 pomi dicti grāmatici sup̄ p̄faro Aristotiles sermone comētatio. qui colligens ea q de alimento i libro de aīa tra-
 dita sunt ad memoriā deduxit. ea q in libro de aīaliū generatione docuerat Aristoteles dicens. (Dixit enī aliquo-
 mō de nutrimento & in iis q de generatiōe & tandē uerbū Aristot. postorius) declarās dixit. (Dicit aut postorius &
 i negotio de generatiōe aīalium ad qd̄ prolongauit.) p̄ quæ uerba hic expositor putauit Aristotile nō ad unū
 de alimento se remisisse. sed ad plures i diuersis libris sermōes. s. librū de generatiōe & corruptione de aīa: sed
 inter cætera ad ipsius alimenti pprios sermōes i libro de aīalium generatiōe traditos. Huic et sententiæ uer-
 ba aueroy i loco hoc idē uoluerit. Ait. n. (Et dixit hoc qa sermo de nutrimento & augmēto nō p̄fici nisi in plu-
 ribus libris) quos libros ipsemet dixit esse librū de generatiōe & corruptōe librū meteorog. librū de aīa: librū
 d̄ aīaliū generatiōe. At quis d̄ alimēto i pluribus traditū sit libris uti dixim: ipsi tū magis pprii sermōes illi sūt. q
 i libro d̄ aīaliū generatiōe scripti sūt. sermōes. n. d̄ p̄mate huic libro sūt pprii cū sp̄ma generatiōis sit p̄cipiū sp̄ma
 at̄ ē aliqd̄ nutrimenti cū sit eius ultimū extremētū utile. sermōes igit de alimēto huic libro sūt pprii: & hāc rōnē
 p̄fatus iohānes i suis inuit dictis. Ari. et tertio de p̄tib; aīaliū: sermōes q d̄ alimēto i libro de aīaliū generatiōe fiūt
 ipsi alimēto magis pprios esse censuit. cū dixit. (Sed quo nā modo & ex quo aīalia nutriant & ex uentre capiūt
 alimentum: cū de generatiōe agitur aptius & expectari & explicari pōt.) Si de nutrimento i libro de aīalium ge-
 neratiōe aptius q̄ in aliis expectari debet: si in eodē et aptior sit huius explicatio quis est q nō cōfiteat sermōes
 in libro de aīalium generatiōe de alimēto factos cæteris ipsi alimēto pprios esse: nec alium p se de alimento
 solo edidisse librū. Ad hæc quarto de aīalium partibus libro hoc idem iis approbat uerbis. (Quēadmodū aut
 capiant alimētū & quo nā pacto p uenas ex alimento igesto subeat eas p̄tes qd̄ in uenis digerit: explicabit cū de
 generatiōe alimētoq; aīalium agemus.) iis. n. librū hunc non solū de aīalium generatiōe sed de alimento quoq;
 eū nūcupauit Ari. Ad hæc illud cæteris efficacius demonstrat qd̄ i calce q̄rti de generatiōe libri epilogo sic scri-
 bit. (Sed de alimento extrinsecus ministrando aīalium atq; de generatiōe i lucē & seorsū de singulis & sumatū
 dictū iam est.) hoc. n. epilogo clare dignoscit sermōes i hoc libro p̄tractatos: non de sola aīalium generatiōe:
 sed & de alimento proprie nūcupari debere. quo fit ut liber hic nō de generatiōe sola aīalium sed et de alimē-
 to quodānō dici possit. Quod igit Aristot. nō unū de alimento solo librum ediderit sed plures cōdiderit libros i
 qbus de alimento fiunt sermōes: licet illi qui in libro de aīalium generatiōe tradi sunt cæteris de alimento fa-
 ctis ppriores dici debeant: Neq; p hoc numerus librorū definitus noxā suscipiat: ex iis fatis manifestū puto.

Quod librorū numerus Ari. de naturalibus adiogene positus cū nostro cōco dat numero. Caput. XXII.

Ltera dubitatio circa p̄fatu librorū numerū ex diogenis laerti uerbis insurgit. Hic. n. i Aristot. uita de na-
 turalibus triginta octo p̄ elementa dicit scripsisse uolumina ultra ea nouē q nō sub elemētis de aīalibus scri-
 psisse refert. Cōposuisse quoq; dicit nō sub elemētis anatomiarū octo de anatomiarū electiōe unū. de aīa
 unū qōnū aīæ duo. de cōpositis aīalibus unū. de fabulosis aīalibus unū. de generatiōis p̄hibitiōe unū. quæ oīa
 de naturalibus p̄tractata nostri definitū. xlix. excedūt numerum. Ad hæc de aīalibus nouē iquit diogenes Aristot.
 scripsisse uolumina. nos aut. xxxi. sub quatuordecim libris cōtenta posuimus uolumina. Plinius aut ferme quin-
 quaginta quēadmodū inferius distinctius demonstrabit. Ad hoc solutionē dicimus cum superioribus q̄ naturale
 negocium duplici doceat uia. una qa talia sunt. q̄ i aīalibus libro historiarū istructa fuit. Altera pp̄ qd̄ cās uideli-
 cet naturaliū reddendo. Amplius dicimus q̄ aīaliū negociū tribus doceat unū est s̄ba cū operationibus propriis
 Alterum generatiōe tertiū uita cū sibi cognatis. Ea aut q̄ de naturalibus p̄ causas docent sunt ea q̄ p̄ elementa &
 elementog; ordinē ab Aristotile scripta sunt. sub quo ordie librū historiarū secūdū diogenem minime posuit.
 Sunt igit secūdū diogenē sub elementis de naturalibus libri numero. xxxviii. qbus si nouē historiarū addantur
 erunt nūero. xlvii. qui numerus. a. nostri sup̄ius definitio nūero duobus distat. Quæ dissonātia minia hoc cou-
 cordabit mō quoniā diogenes forte librum de morbo & sanitate cū nō uiderit nō cōputauit. librū quoq; de me-
 moria ab eo q̄ de sensū. & cū q̄ de ispiratiōe librū fortassis ab eo q̄ d̄ morte nō segregauit. uti nōnulli alii quoq;
 celeberrimi fecere uiri. de qbus trib; aut aliis huius si duo uera fuerit nostri definitus cū suo facillime cōcor-
 dabit numero. Cætera at̄ uolumina uidelicet. anathomiarū octo. & electiōe anathomiarū uel explanatiōe ad li-
 bros historiarū reducunt. potissime ad eas p̄tes q̄ de p̄tib; & generatiōe agūt. Liber at̄ de aīa & aīæ qōnes ad eū
 reducunt librū q̄ de aīa sub elemētis traditus ē quē tripartitū eē diximus. Liber at̄ de aīalibus cōpositis & ille q̄
 de fabulosis aīalibus ad eos q̄ de p̄tib; aīaliū & generatiōe & libro historiarū similiter deduci debēt. Sed ille qui
 de generatiōis p̄hibitiōe ad illū q̄ de aīaliū generatiōe d̄. quē puto illū eē quē nōnulli decimū putarūt esse hi-
 storiarū librū quē theodorus gaza fragmēta nūcupauit. i eo. n. plura generatiōe p̄hibentia p̄tractant ii igit li-
 bri q̄ndecim quis de naturalibus tractet nō tamē sub ordie elemētog; cōputati sunt. nec sub historiarū lege. q̄q;
 ueluti appendices p̄fatis libris sub elemētis cōtētis & libro historiarū dici debeāt. & si p̄fatis addant libris pro
 certo numerū nostro definitio. xlix. maiorē faciēt nō tamē cōtra nostrum sensum q̄ libros eos solos itelligimus
 q̄ naturaliū historias & libros cās reddentes sub ordine elemētog; cōscripti sunt. Siue igit. xxxviii. sub elemē-

ris secundū diogenē siue, xlix. uti nos posuimus. Siue plures iis ponant libri nihil interest. nec inter hæc ulla est
 cōtradictio. quoniam hæc diuersa sub diuersis uerificantur sensibus.

Quod numerus librorū Ari. de animali negocio a diogene & numerus a Plinio positus cum superiori nostro
 concordat numero.

Caput. XXIII

Nsurrexit et altera dubitatio ex iis q̄ dicta sunt. Nā nos cū uolumina de aialibz & libros enumerarem
 diximus eoz uolumina numero esse triginta unū. sub quatuordecim cōtenta libris. Diogenes aut̄ hic dicit
 nouē de aialibz Ari. scripsisse Plinius aut̄ i naturali historia cū de leone loq̄ret ferme quingenta Ari. alex-
 andro asseruit dedisse uolumina. dixit. n. (Alexandro magno rege inflammato cupidine aialium naturas noscēdis
 delegataq; hac comētatione ari. sumo i omni doctrina uiro: aliquot milia hoīum i totius asiæ græciæq; tractu
 parere iussa oīum. quos uenatus aucupia piscatusq; alebāt q̄busq; uiuaria armēra aluearia piscine auaria i cura
 erāt: ne qd usq; genitū ignoraret ab eo: quos p̄cūctando quingenta ferme uolumina illa p̄clara de aialibus cōdi-
 dit.) Ad hæc respōdendo i primis dicimus q̄ nihil ē qd negociū aut methodus aut liber de aialibz dici debeat
 nisi id scibile totū de aialibus doceat. uidelicet s̄bam cū operatiōibus ppriis. generationē & uitā. Et hac de cau-
 sa oēs p̄fati decē libri. triginta & unū cōtinētes uolumina: de aialibus negociū & methodus dici pōt: quoniam
 & p̄ historias & p̄ causas totū de aialibz scibile docēt. Illa ēt uiginti duo uolumina i tredecim cōtenta libris cau-
 sis aialiū iquirentia cū totū de aialibz p̄ cās scibile doceāt: negociū de aialibus dici pōt. Cæterū nullus est liber
 q̄ de aialibz liber dici ualeat nisi ille q̄ de aialiū historiis d̄r ipse. n. scibile totū. s̄ s̄bam generationē & uitam quo
 quo mō docet. Cæteri aut̄ singuli libri nō totū de aialibus scibile sed aliqd de ipsis docēt aialibus. Verus igitur
 erit diogenis sermo quo d̄r ari. de aialibus nouē cōdidisse. sunt. n. ea nouē q̄ i historiis aialiū cōtinēt q̄ de aiali-
 bus pprie d̄r liber. uerus ēt est sermo noster cū diximus ari. xxxi. de aialibz fecisse uolumina i. xiiii. cōtēta libris
 ii. n. oēs libri totū de aialibus cōtinēt negociū. de hoc tamē noīe (de aialibus) distincte magis i inferioribus tra-
 ctabit. Id at̄ q̄ Plinius dixit sermone p̄abili sic uerificari pōt. sunt. n. uolumina ferme quingenta de aialibus
 ab arist. edita si p̄fatis libris suos cōplices & apēdices adiūxeris. q̄ nūero supius qundecim enūerati sūt. octo uideli-
 cet anathomiarū. unus de anathomiarū electiōe uel explanatiōe. unus de aia. de aia q̄onibz duo. de compositis
 aialibz unū de fabulosis aialibus unū. de phibitiōe generatiōis unū. q̄ oēs. xlii. uel. xlii. iuxta nōnulla exēplaria
 græca d̄ q̄bus diogenes de anathomiis nouē dicit scripsisse uolumina reddūt numerū. ferme quingēsimū attin-
 gentē ut ipse quoq; Plinius dixit. Quod igit̄ nulla sit iter diogenē pliniū & nostrā sniam d̄ria circa numerū li-
 broz physicae doctrinae ari. ex iis satis manifestū ē. at quoniam octo uel nouē de anathomias uolumina ab arist.
 esse composita diximus; utrū hoc ueritatē habeat rationibus aliquantulum disputandum est.

Quod aristotiles de anathomiis uolumina eēderit.

Caput. XXIII.

Alenus. n. libro d̄ matricis anathomia asserere uē ari. de anathomia iter cæteros ægregie scripsisse loq̄ns
 enī de uasoz mulierū spmaticoz iplatiōe dixit. (Has at̄ iplatiōes neq; ari. neq; erophilus neq; eudo-
 mus nouit memini autem istoz non solum quia soli non nouerant sed tanq̄ oprimorum anathomiza-
 torum) Ipse ēt ari. pluribz locis se de anathomiis scripsisse nā tertio de p̄tibz li. ait. (Sed q̄ diligētius nosse uelit
 quēadmodū uene iter se hēant & ex anathomiis cōtēplari oportet & ex aiali historia.) theodo. uero gaza dixit.
 (spectare id tū p̄ disectiōne tū ēt p̄ comētationē hoc ē historia aialiū debēt.) Eodē ēt li. ait (quonā mō hæc ita
 se habeāt tū situ tū ēt specie ex historia disectiōeq; aialiū petēdū ē) Græce at̄ scriptū est i plurali ex anathomiis
 p̄rio ēt de aialiū generatiōe. de utero loquēs dixit (quomō se hēant oportet & ex anathomiis & ex historiis cōtē-
 plari.) Hoc ēt sc̄do de generatiōe aialiū dicēs (patet hoc ex historiis & disectiōibus aialium.) Nō parū post ēt sic
 scribit. (Oportet aut̄ hæc cōtēplari & exemplis eorum q̄ i anathomiis & eoz quæ in historiis & comentariis.)
 per hæc enim uerba se de anathomia scripsisse innuere uidetur. Tam & si per eadem uerba maxime ex uerbis
 theodori aliquis forte capere posset non libros de anathomiis. sed incisionum opus manuale intellexisse uerior
 tamen est prior snia. potissime cum a galeno comprobata sit. nisi forte libros historiarum qui & partes & gene-
 rationem narrāt ari. anathomias itelligere uolueris. cū & p̄tiū sitū & formā & iuamēta determināt. qd̄ p̄fecto
 difficile est recte posse iudicare hoc tamē te scire uolumus q̄ illud q̄ diogēis iterpres scripsit anathomoz apud
 matrē græcā ἀνάτομον anathomō repit. q̄ qdē genetiuis pluralis. & illius ἀνάτομον anathomon. & illius noīs
 ἀνάτομη anathomiē ēt p̄r. sed si illius noiatiui anathomō ponat̄ genetiuis: nihil penitus ad rē significauit. ana-
 thomū. n. diuisū siue isertū significat. nisi forte diximus p̄ illud anathomō aialia isecta ut opes itellexisse ita ut
 de illis octo uel nouē cōposuerit uolumina. Sed hoc minie ē. eo qa talia aialia apud græcos peculiare non hnt. di-
 cūf. n. ἐντομα. enthoma. nō at̄ enthoma. est igit̄ illius noīs anathomi genetiuis. quā nos latini uocabulo græco
 anathomia uocamus. melior igit̄ fuisset iterpratio si anathomiarū dictū fuisset. ut dixi quādo cū isecta ut apes
 græci uolūt exprimef aialia: nō anathoma sed pprio eoz noīe enthoma dixerūt. Hic igit̄ anathomiarū liber li-
 bro historiarū anexus uē. potissime cū ipsa anathomia eoz q̄ i historiis docent̄ maxie eius q̄ ē de p̄tibz: sic exē-
 plū maxie cū utrūq; simul librū & historias & anathomias: ari. i suis sp̄ copulet dictis quoq; deide oīum causæ
 & i libro de p̄tibz & libro de generatiōe iqrunt. Et hac de cā uti sup̄ deduximus ipsemet ari. i historiis & isec-
 tiōibz patere dicit. anathomias. n. sp̄ cū historiis copulat. q̄ si earū sint exēplū & apēdices. Et hæc satis de alimen-
 ti cōscriptiōibz & uera diogenis & plinii cū nostro libroz definito nūero cōcordia dixisse sufficiāt. Quis igit̄
 sit p̄riū ac libroz doctrinae physicae ari. numerus & ordo sc̄dm uerā pateticoz sniam ex iis q̄ in huius nri libri
 p̄rio uolumie tractata sunt q̄sq; sufficiēti itelligere poterit.

Volumē sc̄dm & ē disputatō ctra nōnullos errātes circa ordinem q̄rtæ & q̄ntæ p̄tis. Sectio p̄ria. Vnū habēs
 caput in quo contra eos qui dixere plantarum negocium ordine doctrinae precedere ad negocium de anima